Hlavní název: Chrámový poklad u sv. Víta v Praze
Druh dokumentu: Monografie
ISBN: null
Autor: Podlaha, Antonín
Šittler, Eduard
***Donator NF***
Strana: [I] - XX

SYSTEM
KRAMERIUS

Podmínky využití

MKP poskytuje přístup k digitalizovaným dokumentům pouze pro nekomerční, vědecké, studijní účely a pouze pro osobní potřeby uživatelů. Část dokumentů digitální knihovny podléhá autorským právům. Využitím digitální knihovny MKP a vygenerováním kopie části digitalizovaného dokumentu se uživatel zavazuje dodržovat tyto podmínky využití, které musí být součástí každé zhotovené kopie. Jakékoli další kopírování materiálu z digitální knihovny MKP není možné bez případného písemného svolení MKP.Pokud budete tisknout a nechcete tuto první informační stránku, dejte tisk od druhé strany.

Městská knihovna v Praze
Mariánské náměstí 1
115 72 Praha 1

knihovna@mlp.cz

III.

# STARÉ INVENTÁŘE CHRÁMU SVATOVÍTSKÉHO.

# I. Inventář z r. 1354.

Sešitek formátu 21 *cm* šir., 28·2 *cm* vys., pergamenový. Šest půlarchů uprostřed sešitých, celkem tedy dvanáct listů. Paginace nová, tužkou provedená, začínající stránkou 1*b*. Písmo úhledné, zahnědlé.

Str. 1*a* jemně vylinkována, ale prázdná. Nahoře napsáno V^m^ 1354 Arnesti Archiepi p^m^. Pod tím v novější době připsáno 1354.

Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto Nos Arnestus dei et aplicae sedis gratia sanctae pragensis ecclesiae Archiepiscopus inventarium sive conscriptionem clenodiorum universarumque rerum nostrae praedictae ecclesiae fieri fecimus per devotum nostrum Zauiffium[1]) canonicum et sacristanum ecclesiae nostrae suprascriptae.

1. Primo a capite incipiendo gloriosissimi patroni nostri beati Wenczeslai. Quod est circumdatum auro puro per serenissimum dominum nostrum dominum Karolum semper Augustum et Boemiae Regem. 2. Item corona aurea cum quinque rubinis et aliis lapidibus pretiosis praedicto capiti per dictum regem donata, in qua deficit una gemma. 3. Item caput sancti Ignacii argenteum deauratum sub infula, in qua quidem infula deficiunt duae gemmae cum lectulis, etiam per praedictum dominum regem donatum. 4. Item caput sanctae Anthoniae, quod praedictus rex argento circumdedit et deauravit. 5. Item caput sanctae Sapientiae, quod praedictus rex similiter argento circumdedit et deauravit. 6. Item idem rex corpus integrum eiusdem sanctae Sapientiae in una cista lignea ecclesiae donavit. 7. Item imago sancti Thomae apostoli argentea deaurata cum reliquiis ipsius in cristallo, quam idem rex donavit. 8. Item imago sancti Andreae apostoli argentea deaurata cum cruce et reliquiis suis in cristallo, quam etiam idem rex donavit. 9. Item imago sancti Bartholomei apostoli argentea deaurata, tenens in una manu cultellum et in altera mandibulam cum tribus dentibus, quam etiam dictus rex donavit. 10. Item imago sancti Mathaei apostoli argentea deaurata, tenens reliquias suas in manu, quam dictus rex donavit. 11. Item imago sancti Mathiae apostoli et evangelistae argentea, deaurata, tenens reliquias suas in manu, quam praedictus rex donavit. 12. Item imago sancti Ludovici regis Francorum, argentea deaurata, tenens in manu cristallum cum particula spineae coronae ihu xpi, quam dictus rex etiam donavit. 13. Item manus sancti Philippi apostoli argentea deaurata, quam dictus rex donavit. 14. Item brachium sanctae Eufemiae integrum cum cute in capsula lignea nullo metallo circumdata, quam idem rex donavit. 15. Item capsula argentea cum superdeficie cristallina deaurata, in qua est peplum cruentatum sanctae Mariae Virginis gloriosae per praefatum dominum regem donatum. 16. Item navicula sancti Petri cristallina, quam idem rex donavit. 17. Item monstrantia parva cristallina, in qua sunt reliquiae sanctae Luciae et sanctae Clarae, quam idem rex donavit. 18. Item canula parva cristallina argento circumdata et deaurata, in qua est manna coeli et de virga Moysi, qua percussit petram, quam idem rex donavit. 19. Item canula magna cristallina circumdata argento deaurata cum gemmis et perlis, in qua est mensale Domini nostri ihu xpi, quam idem rex donavit. 20. Item vasculum cristallinum pro

[1]) Jenec Závišův z Újezda připomíná se jako kanovník pražský v letech 1337—1380.

repositione crismatis sive olei sacri pro unctione regum Boemiae et reginarum, quam idem rex pro coronacionibus ipsorum dedit et reservari mandavit. 21. Item cyphus onichinus cum pede argenteo deaurato pro infirmis et pro communicantibus in parascevem deputatus, quem idem rex donavit. Item 22. pomum regale et 23. sceptrum argenteum deauratum et 24. annulus aureus cum lapide, qui palaas dicitur, per dictum regem donata et pro coronatione regum Boemiae succcessorum suorum ad usum per ipsum deputata. Item 25. corona aurea cum gemmis pro decore sepulcri sancti Wencezslai donata, quae fuit reginae Annae. 26. Duae tabulae ligneae, una plena gemmis diversis et florenis, alia vero noviter incepta, quae sunt per dictum regem pro decore sepulchri sancti Wencezslai donatae. 27. Arbor de corallo dicto sepulchro per dictum regem donata. 28. Unum vasculum argenteum cum reliquiis sancti Stephani protomartyris, per dictum regem donatum

Ista, que sequuntur, fuerunt prius in ecclesia Pragensi.[1]) 29. Caput scti. Adalberti deauratum cum infula cum gemmis, in qua deficiunt quatuor gemmae. 30. Caput sancti Griſogoni[2]) argenteum deauratum. 31. Manus sti Viti deaurata, in qua desunt duae gemmae. 32. Manus sti Wencezlai deaurata cum pomo, in qua desunt tres gemmae. 33. Manus sancti Adalberti deaurata, in qua desunt duae gemmae, quae habet annulum, in quo est lapis. 34. Manus sancti Procopii deaurata cum uno annulo, et alium perdidit Abbas de insula in processione contra reliquias. 35. Manus sanctae Ludmilae deaurata cum duobus annulis. 36. Manus sanctae Margaretae deaurata. 37. Manus sancti Thadei deaurata, in qua desunt duae gemmae. 38. Manus sancti Mauritii cum paucis gemmis. 39. Manus sancti Florentii. 40. Manus sancti Armachorae,[3]) tenens in manu reliquias sancti Wencezslai sub cristallo.[4]) 41. Manus lignea circumdata argento cum pede ligneo. 42. Costa beati Wencezslai in una luna deaurata, super ea stante imagine sancti Wencezslai. 43. Duo angeli deaurati tenentes reliquias beati Johannis Baptistae in scultella deaurata. 44. Tabula sanctorum quinque fratrum circumdata argento deaurata cum quinque brachiis ipsorum. 45. Imagines duae aureae sanctorum Philippi et Iacobi apostolorum in una tabula deaurata. 46. Tabula magna cum crucifixo et imaginibus et gemmis deaurata altari scti Wencezlai deputata. 47. Cruces maiores tres cum gemmis, de quibus duae sunt aureae cum pedibus cupreis, in quibus desunt xl gemmae minus una. 48. Quarta crux argentea deaurata sine gemmis, qua in festis prepulsationum utitur. 49. Quinta crux parva argento circumdata deaurata[5]) cum tribus lapidibus de vitro. 50. Tres cruces cristallinae, duae solempnes et tertia simplex valde et fracta. 51. Minores duae cruces argenteae, quae portantur in processione, datae per dominum Ulricum praepositum Pragensem. 52. Crux una aurea, habens in se unam crucem parvulam cum ligno dni cum quatuor gemmis et cum pede argenteo. 53. Flascula argentea, in qua est sanguis sancti Demetrii martyris. 54. Lorica sancti Wencezslai. 55. Gladius cum sollempni vagina de auro, gemmis et perlis facta sancti Wencezslai. 56. Vagina lanceae aurea cruciata, carens multis gemmis et perlis.[6]) 57. Galea ferrea sancti Wencezlai. 58. Gladius sancti Mauritii cum capite argenteo. 59. Plenaria duo nobilissima, unum carens gemis xxlvi et perlis ix et aliud carens x gemmis, alia vero quinque simplicia et sextum deauratum cum gemmis, quae debent frangi et de eis fieri unum sollempne.[7]) 60. Altaria viatica duo circumdata argento et deaurata, tertium magnum, circumdatum auro et gemmis. 61. Una monstrantia cristallina, in qua portatur corpus xpi in die corporis xpi. 62. Monstrantia cristallina, circumdata argento et deaurata cum gemmis pro deportatione corporis xpi pro infirmis. 63. Pelvis cum yaspidibus argentea pro offertorio colligendo. 64. Pixis

---

[1]) Jinou rukou připsáno: „Caput scti Wenczeslay superius in principio scriptum.“ — [2]) Chrisogoni. — [3]) Hermagorae. — [4]) Za tím rukou XVII. stoletf připsáno: „Manus s. Clementis Papae et M. deaurata.“ — [5]) Slovo toto podtečkováno. — [6]) Jinou rukou připsáno: „Quae est conflata, cum quo auro capita sanctorum Urbani, Gregorii Marci et aliquae manus sunt deaurata et decorata.“ — [7]) Jinou rukou připsáno: „Duo sunt conflata aurea fracta, et factum unum argenteum deauratum de solempni opere et v calices fracti sunt etiam ad hoc recepti.“

aurea cum columba deaurata, pendens ad sanctum Wenceslaum super aram pro reservatione corporis xpi. 65. Bursa circa altare sancti Wencezslai, in qua est annulus beati Adalberti et duae parvae cruces. 66. Cappa sancti Adalberti in scultella vitrea. 67. Baculus ipsius.

*De calicibus*. 68. Calix reginae Constantiae aureus cum gemmis preciosis, in quo desunt duo lapides et duae perlae et porta de patena est perdita ante multos annos. 69. Calix aureus, habens gemmas pretiosas in pede. 70. Calix argenteus parvus cum gemmis in pede cum quibusdam imaginibus in argento, qui prius putabatur aureus, 71. Calix magnus argenteus cum imaginibus et ansibus duabus. 72. Calices decem et novem, octo deaurati et alii argentei. 73. Calices quinque fracti, quorum quatuor [1]) sunt deputati pro factura plenarii.[2]) 74. Ampulae argenteae VIII°. 75. Cupreae ampulae duae. 76. Una ampula cum ansa longa cuprea deaurata. 77. Vasa argentea tria ad opus sacrorum liquorum. 78. Decem calices sunt distributi per altaria, prius quam fui sacrista. 79. Urceus unus argenteus pro aspersione. 80. Turibula argentea tria [3]) et quartum [4]) adventuale. 81. Candelabra duo argentea et duo cuprea deaurata. 82. Concha yaspidina, circumdata auro et gemmis cum cocliari pro deportatione thuris. 83. Item vasculum parvulum argenteum et fractum pro thure. 84. Vascula cristallina duo ad portandum crisma et oleum ad fontem. 85. Vas cristallinum circumdatum argento semiplenum balsamo. 86. Secundum minus simile, etiam pro balsamo. 87. Forcipes binae argenteae pro porrigendo corpore Christi pro communicantibus per archiepiscopum. 88. Calami argentei duo pro sumendo sanguine christi pro communicantibus. 89. Pixides eburneae sex cum reliquiis. 90. Capsae cupreae deauratae quatuor, de quibus duae ponuntur in altari sancti Wenceslai. 91. Capsae ligneae quinque cum reliquiis. 92. Cista argento circumdata cum imaginibus, in qua subtus sculptus est sanctus Petrus cum clavibus. 93. Unam cistam cristallinam habet scolasticus Sdeslaus, alia dicitur esse perdita in petitione antequam fuissem sacrista. 94. Capsa una cipressina cum reliquiis. 95. Pectorale argenteum cum multis reliquiis et graecis litteris. 96. Quatuordecim capsae ligneae, omnes cum reliquiis. 97. Quatuor pixides cum imaginibus, duae ligneae et duae eburneae cum reliquiis. 98. Quatuor cistulae eburneae cum reliquiis. 99. Racionalia duo cum perlis, unum episcopale, aliud diaconale. 100. Corporalia duo, unum cum perlis et corallis, aliud sutum auro.

*De integro ornatu*. 101. Niger ornatus integer casula et subtile cum perlis, dalmatica vero sine perlis. 102. Secundus ornatus integer de axamito nigro. 103. Ornatus de imperiali integer, continens grifones cum oculis albis. 104. Ornatus integer de naseto rubeo cum linguis diversi coloris, continens leones. De cuius ornatu est casula cum limbo carens tribus lapidibus, habens duas imagines in pectore. 105. Ornatus integer niger de naseto cum capa, quem dedit rex Wencezslaus. 106. Ornatus integer de naseto rubeo. 107. Ornatus rubeus integer cum zonis diversi coloris. 108. Ornatus flaveus integer de examito flaveo, casula habens limbum aureum, retro et in pectore imaginem beatae virginis. 109. Casula eiusdem coloris, habens duas cruces ante et retro. 110. Ornatus integer viridis, in cuius casula desunt viii gemmae. 111. Ornatus integer de naseto flaveo, quem dedit dns Epus. Olomucensis. 112. Ornatus integer de examito albo, quem dedit dns Thobias Eps pragensis. 113. Ornatus de examito clauco duplex integer. 114. Ornatus viridis integer subductus cum glauco cendeto, habens desuper zonas diversi coloris. 115. Ornatus integer, quem dns Hinco de Duba cum armis suis dedit. 116. Ornatus rubeus integer simplex. 117. Ornatus integer de naseto albo cum floribus, quem dedit rex Wencezslaus iuvenis. 118. Ornatus integer: casula de naseto rubeo cum crifonibus, dalmatica vero et subtile in viridi, quem dedit Carintianus. 119. Ornatus integer coloris violatici cum aureis intexturis, quem dedit dns Thobias epus pragen. 120. Ornatus integer de panno Tartarico et hic est antiquus ornatus et nihil valet.

*Quoad ornatum de novo accrescentem*. 121. Ornatus integer de rubeo naseto, quem dedit rex Ungariae. 122. Ornatus integer in stripheo examito cum retiis. 123. Ornatus integer in brunetico examito cum floribus. 124. Ornatus integer in examito

[1]) Nad tím napsáno jinou rukou „quinque“. — [2]) Řádka tato přetržena a připsáno „factum est“. — [3]) Jinou rukou přetrženo a napsáno „duo“. — [4]) Přetrženo a napsáno „tertium“.

rubeo stripheus cum aviculis. 125. Ornatus viridis intextus rubris aviculis, quem dedit dns Johnes quartus episcopus pragensis. 126. Ornatus integer albus, casula intextis aviculis cum aureis capitibus. Dalmatica vero et subtile in naseto albo, quem dedit Dyrsslaus, praepositus pragensis. 127. Ornatus viridis mutabilis coloris cum crucibus diversi coloris. 128. Ornatus niger cum capa de axamito nigro, quem Nicolaus praepositus pragensis dedit.

*De casulis carentibus ornamentis.* 129. Casulae sollempnes, una ruffa cum imagine sancti Wenczeslai carens II$^{bus}$ gemmis retro. 130. Alia casula ruffa cum aquilla carens IX gemmis et VI perlis. 131. Tertia continens maiestatem in pectore, carens XIII gemmis et VIII perlis. 132. Casula una bona rubea aurifigiis et perlis circum collum. 133. Casula in flaveo colore, habens rosas auro intextas. 134. Casula rubea cum aurifigiis, in quibus aurifigiis sunt aviculae diversi coloris. 135. Casula simplex rubea. 136. Casula rubea cum floribus, quam dedit Henricus Sturmonis. 137. Casula de naseto nigro cum floribus, quam dedit rex Wenczezslaus iuvenis. 138. Casula rubea, habens imagines auro intextas retro.

*Casulae de novo accrescentes.* 139. Casula de naseto flaveo cum anseribus. 140. Casula de naseto flaveo cum aquillis bina capita habentibus. 141. Casula in brunetico insuto, quam dedit regina de Grecz Elyzabeth. 142. Casula in flaveo axamito cum liliis et litteris aureis insutis, quam dedit dna Blance marchionissa Moraviae. 143. Casula in viridi axamito cum foliis magnis rotundis. 144. Casula de examito viridi cum piscibus cum perlis cum alba stola et humerali, quam dedit regina Romanorum et Boemiae, dna Anna. Item eadem regina donavit sollempnissimam casulam cum aquillis et leonibus in axamito flavo factis de perlis cum humerali pretioso cum alba et stola. 145. Casula de imperiali cum perlis et glandinibus.

*De cappis.* 146. Cappae episcopales duae sollempnes, una rubea cum perlis, alia in examito viridi insuta auro. 147. Duae cappae albae, una intexta auro et alia simplex. 148. Una capa integra in totum.

*De pallis.* 149. Pallae maioris altaris sollempnes, prima de colore flaveo, habens imaginem beatae virginis. 150. Palla coloris rubei habens imaginem beatae virginis. 151. Palla rubea habens imaginem beatae virginis cum facie alba. 152. Palla rubea cum leone et grifone. 153. Palla de albo examito cum imagine beatae virginis in rubea rota. 154. Palla alba cum grifonibus in rotis parvis. 155. Palla rubea cum crucifixo, quam dedit regina Guta. 156. Pallae mediocres X, simplices vero IX.

157. Dorsalia quinque.

158. Duae cortinae cum pisciculis.

*De mensalibus.* 159. Mensalia cum aurifigiis VIII$^{0}$ et sine aurifigiis VIII$^{0}$. 160. Angularia paria VII. 161. Mensale sollempne cum imaginibus, quod dedit dns Arnestus Archiepiscopus pragensis. 162. Panni super pathenas V novi et II sollempnes sericei.[1]) 163. Panni ad legendum evangelium II sunt ad sanctum Michaelem.

*De humeralibus.* 164. Humeralia episcopalia IIII$^{or}$ et alia bona sufficientia omnia XXVI praeter sanctum Michaelem et sanctum Wenceslaum.

*De albis.* 165. Albarum de bisso paria IIII$^{or}$ [2]) non sunt paria, et unum par de serico subtili. 166. Albarum cum limbis paria VI et VII$^{m}$ est dilaniatum et alia paria albarum competentia satis laniata.

*De stolis.* 167. Stolae episcopales una magna cum perlis habens fines aureos. 168. Duae stolae albae de opere plumario. 169. Stola cum phanone cum aurea praetexta. 170. VII stolae longae pulchrae et VIII$^{a}$ ad sanctum Michaelem. 171. Stola cum phanone cum imaginibus de opere romano et duo paria nova de novo accrescentia. 172. Aliae stolae de novo accrescentes sufficientes.

*De vasis, mensalibus et aliis utensilibus.* 173. Pannus strifeus, IIII$^{or}$ mensalia alba pro ponendis reliquiis in parasceven. 174. Duae pelves aeneae, magnae. 175. Duo can-

[1]) Jinou rukou připsáno: „Item tercium solempnissimum nuper emptum." — [2]) Slova „paria IIII$^{or}$" přetržena.

delabra cuprea cristallina, confracta. 176. Duae pelves et IIIIor mensalia magna cum IIIIor manutergiis, quae empta sunt pro refectoriis pro anima dni Gylberti.

*De insigniis episcopalibus.* 177. Sex anuli argentei cum gemmis. 178. Duo anuli deaurati sine gemmis. 179. Tres cruces pectorales, una habens in medio unam gemmam. 180. Baculus argenteus episcopalis cum gemma rubea. 181. Duo baculi eburnei confracti. 182. Caligae binae cum sandaligiis. 183. Infulae duae, una cum rosis argenteis, et plures rosae ruptae sunt ex vetustate. 184. Alia cum imaginibus argenteis carens pluribus lapidibus. 185. Tertia rubea cum perlis. 186. Quarta Przybisslai. 187. Quinta Johannis episcopi pragensis cum perlis et 188. IIIes aliae simplices in sacristia de barchano ad sanctum Wencezslaum.

*De capis.* 189. Duae de naseto viridi et una de naseto, in qua lectiones leguntur praecentorum. 190. IIIIor capae, duae de rubeo naseto. 191. Duae de sericeo panno. 192. Duae integrae [1]) stripheae pro tempore adventuali et quadragesimali valde pessimae. 193. Pro installatis X capae bonae et malae. 194. Ceroferariorum sufficientes et omnes malae et pessimae.

*Item casulae.* 195. Una de stripheo naseto rubeo, quas dedit dns Petrus de Rosnberk et una alia viridis, quae satis vilis est. 196. Accreverunt duae casulae, una alba cum armis dominorum de Lipa, secunda flavea.

*De libris officii.* 197. Item missalia X, de quibus unum solempnissimum, quod dedit dns Henricus decanus, quod concessum est pro ara sti Adalberti. 198. Aliud pulchrum, quod dedit dns Liczco dictus Nos et 199. aliud notatam, quod dedit dns Thobias, episcopus pragensis; alia VII sunt simplicia. 200. Liber magnus viaticus, qui trup dicitur, quem dedit dns Thobias episcopus pragensis. 201. Gradualia V: tría pulchra magna et duo simplicia. 202. Anthiphonaria V: duo pulcherrima, de quibus unum dedit dns Thobias episcopus pragensis, et aliud dns Marquardus,, sacrista pragensis; alia tria simplicia. 203. Psalteria IIIIor; duo eorum cum collectariis. 204. Breviarius Pragensis ecclesiae. 205. Agendarius pulcher novus, quem dedit dns Thobias Epus pragensis.

*De dorsalibus.* 206. IIIIor dorsalia sepulchri sancti Wencezslai; unum dedit marchionissa Moraviae. 207. Aliud dedit dns Berka et tertium Phancza, civis pragensis. 208. De naseto rubeo cum armis regalibus.

*De cultris et tapetis.* 209. Cultrae diversi coloris et dorsalia parietibus deputata, bona et mala, XLa IIIIor, quorum duo sunt nobilissima: unum cum leone, aliud cum campis aureis et tertium birrus irsutus. 210. Velum quadragesimale, quod dedit uxor dni Mstidruhonis. 211. Tres cultrae nobilissimae reginae Blancze cum armis cum diversis pannis subductae; de illis subducturis fecimus quatuor novas.

*De tapeciis.* 212. Parva et magna XIIIIcim tapecia, de quibus tria sunt valde mala. 213. Unum magnum, quod dedit dns Thobias, episcopus pragensis. 214. Duo nova, quorum unum dedit dns Dyrslaus, praepositus pragensis, et aliud dns Henricus decanus. 215. Tria glauca cum aquilis nigris, quae dedit dns Rudolfus Boemiae rex. 216. Unum tapete, quod dedit uxor Slanensis, vile. 217. Bankale in tela sutum.

*De cortinis.* 218. Cortinae beatae Virginis circum altare de czendeto diversi coloris de XII frustris, quam dedit regina Elysabeth de Grecz. 219. Duae sunt de tela sericea glauca. 220. Chortinae circum chorum beatae virginis, una striphea lacerata superius est inter chortinas, nihil valet. 221. De balkinis una. 222. Duae cum clipeis domini Bercae nigris, quas dedit mater eius. 223. Chortinae sancti Wencezslai, una facta de XXti balkinis, multum antiquae. 224. Item duae de panno lineo; unam dedit dna Margareta, soror dni Johannis, episcopi Olomucensis, aliam Nicolaus aurifaber pragensis. 225. Chortinae de cendeto duae veteres, per totum dilaceratae. 226. Chortina de cendeto viridi et rubeo de tribus frustris, quam dedit dna Agnes, uxor dni Berczae. Item chortina de sex balkinis cum diversis armis circum, quae est data post mortem dominae Annae, reginae Romanorum et Boemiae reginae.

---

[1]) Změněno v „nigrae".

*De vexillis.* 227. Vexillum magnum reginae Constantiae. 228. Alia tria nova cum imaginibus sanctorum Viti, Wencezslai atque Adalberti, quae dedit dns Nicolaus de Lyczmburg, notarius dni Johannis Boemiae regis, quae sunt laniata. 229. Episcopales sedes III, de quibus est una rupta. 230. Cussina ad deportandum ewangelia XIIII, et VII sunt apud capellarium. 231. Duo coopertoria antiqua sepulchri sti Wenceslai, quae sunt conversa ad alium usum, antequam fui sacrista.

232. Duo volumina lectionalium, duo psalteria et unum est perditum de his, quae dedit dns Wernherus, canonicus pragensis, antequam fuissem sacrista. 233. Collectarius et liber regulae, quae cum superioribus computantur omnia.

*In capella ad stum Michaelem.* 234. Ornatus integer dominicalis. 235. Ornatus integer stripheus viridis. 236. Ornatus integer de balckinis flaveis ferialis. 237. Tres casulae nigrae pro quadragesima. 238. Capa rubea de examito pro episcopo suffraganeo. Libri. 239. Liber evangeliorum et liber epistolarum, quos dedit dns Thobias, episcopus pragensis, et antiphonarius satis vilis. 240. Unum graduale pro scolis; isti omnes libri sunt computati superius praeter evangeliorum libro et epistolarum.

Anno dni millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio in octava beati Stephani prothomartiris[1]) serenissimus dns dns Karolus Romanorum rex semper augustus et Boemiae rex infrascriptas reliquias, agens in partibus Alemaniae, sanctae Pragensi ecclesiae transmisit. 241. Primo de cingulo beatae Virginis in vasculo cristallino. 242. De ossibus[2]) beati Narcisci martyris.[3]) 243. De vexillo bti Odalrici. 244. De brachio beati Odalrici argento circumdatum et deauratum.[4]) 245. Anteriorem partem capitis beatae Ilariae martyris, reginae Cypri et matris sanctae Affrae, in capite argenteo deaurato.[5]) 246. Posteriorem partem capitis scti Dionysii fratris beatae Hylariae praedictae. 247. De tunica inconsutili Salvatoris in uno berillo. 248. De praesepio et pannis involucionis eiusdem dni nostri ihu xpi in parva tabula aurea sub cristallo. 249. De veste purpurea in rotundo auro sub cristallo.[6]) 250. De ossibus Gordiani et Epymachi martyrum beatorum. 251. Scapula cum ossibus, carne et cute beati Pelagii martyris in una cistula argentea deaurata. 252. De brachio beati Conradi confessoris.[7]) 253. De capitibus beatorum pontificum et martyrum Patricii et Metelli. 254. De capite beati Gregorii papae circumdatum auro et cuius apertura est de zaphiro, sculptum ad modum episcopi, quod beatus Gebhardus Constanciensis episcopus ex munere cuiusdam Romani praesulis de Roma portavit. 255. De reliquiis beati Gebhardi.[8]) 256. Particula de capite beati Odalrici confessoris. 257. Caput sancti Othmari sive anterior pars ipsius capitis.[9]) 258. Media pars cuiusdam crucis concavae, in cuius una planicie imago beatae virginis in modum crucis invenitur extensa et super cuius capite apparet una manus quasi de superioribus benedicens, in cuius concavo sanguis domini nostri fuit reconditus. 259. Pars corporis beati Marci evangelistae in quadam cista argentea circumdata et deaurata. 260. De lacte beatae Virginis in cistula aurea parva. 261. Medietas corporis beati Januarii martyris, episcopi Beneventani et duorum sanctorum martyrum.[10]) 262. De capite beati Bartholomaei apostoli. 263. Medietas corporum beatae Fortunatae virginis et martyris, Carponii, Prisciani et Ewagristi, fratrum virginis supradictae.[11]) 264. Reliquiae beati Fadlini martyris. 265. Magna pars corporis sancti Florencii Argentinensis episcopi et confess.[12]) 266. Pars corporis beati Lazarii, quem xps a mortuis resuscitavit.[13]) 267. Pars corporis beati Urbani papae et martyris et anterior pars capitis.[14]) 268. Particula capitis beati Sixti papae et martyris. 269. Media pars corporis Sergi et Bachii

---

[1]) Slova „tercio . . . . protomartyris" přetržena a rukou XVI. stol. připsáno: „IIII" in Octava Innocentum de dato Moguntiae IV. die Januarii." — [2]) Slovo „ossibls" přetrženo a na okraji napsáno: „de supercilio". — [3]) Jinou rukou připsáno: „qui convertit Sueviam , qnod est impositum in pectore capitis sanctae Hylariae." — [4]) Jinou rukou připsáno: „cum annul o". — [5]) Jinou rukou připsáno: „habens in pectore reliquias sancti Narcisci sub cristallo, fratris sui ." — [6]) Jinou rukou připsáno: „cum zaphiris". — [7]) Rukou XVII. stol. připsáno: „1. Junii". — [8]) Jinou rukou připsáno: „episcopi Constanciensis et confessoris". — [9]) Jinou rukou připsáno: „cum dentibus, argenteum deauratum, sub infula cum gemmis et perlis." — [10]) Jinou rukou připsáno: „in cista argentea deaurata." — [11]) Jinou rukou připsáno: „Item caput sancti Crisanci episcopi et martyris Basiliensis." — [12]) Rukou XVII. stol. připsáno: „7. November". — [13]) Jinou rukou připsáno: „in cista de amatisto facta". — [14]) Jinou rukou připsáno: „argento circumdatum et deauratum".

martyrum beatorum. 270. Particula cinguli beatae mariae virginis secundi cinguli in suprascripto vasculo cristallino. 271. De alba veste, in qua xpm sprevit Herodes et illusum remisit ad Pilatum. 272. Mandibula scti Florencii confessoris episcopi Argentinen. 273. De brachio sancti Galli. 274. Brachium et reliquiae sancti Conradi, episcopi Constantinensis.[1]) 275. Reliquiae sanctorum Innocentum.[2]) 276. Reliquiae sancti Theobaldi confessoris.[3]) 277. De brachio sancti Prothasii martyris. 278. Reliquiae sancti Colmanni martyris.

Allatio infrascriptarum reliquiarum est in die sancti Valerii, quae est quarta dies ante purificationem, quae etiam praedictus dns rex donavit 279. De mensa coenae Domini in quatuor pedibus argenteis deauratis. 280. Imago beatae Virginis argentea deaurata, tenens in manu dextra in uno cristallo de fascia, qua xpus involutus legitur evangelica veritate. 281. De sudario xpi in una tabula argentea deaurata. 282. Magna pars capitis scti Vincentii martyris et levitae. 283. Magna pars corporis beati Albani. 284. Magna pars capitis beatae Justinae virginis et martyris.[4]) 285. Pars brachii beati Aurei martyris, primi praesulis Moguntini.[5]) 286. Reliquiae sancti Vitalis martyris.[6]) 287. Caput sancti Valerii.[7]) 288. Reliquiae sancti Philippi confessoris et heremitae. 289. Reliquiae sancti Justini, episcopi et martyris.

Quae quidem omnes reliquiae suprascriptae in littera cum aurea bulla per supradictum dnum regem sanctae Pragensi Ecclesiae transmissa plenissime continentur. Ista, quae sequuntur, sunt circumdata argento et deaurata: 290. Et primo caput beati Gregorii papae magni cum pilleo papali et humerali, gemmis et perlis decoratum cum clausura de zaphiro sculpta et in vertice eiusdem capitis imposita (srvn. č. 254). 291. Caput beati Urbani papae et martyris modo simili decoratum cum apertura faciei ipsius (srvn. č. 267). 292. Caput beati Marci evangelistae cum infula et humerali decoratum mirabiliter gemmis et perlis et deauratum. 293. Caput beati Vincentii deauratum, ad modum capitis diaconi factum. 294. Manus beati Mathiae apostoli deauratum, in quo digitus ipsius est repositus. — Et adhuc intendimus capita beati Bartholomaei apostoli et beati Sveti et sancti Lazari decorare.

De reliquiis vero per Romanum capellanum domini Archiepiscopi allatis et caeteris iuxta mandatum maiestatis regiae disponetur.

Caput sancti Gregorii papae (srvn. č. 290) donatum ecclesiae Pragensi per serenissimum dominum Karolum, Romanorum et Boëmiae regem semper augustum Anno Dni M°CCC° LIIII°. Et similiter omnia alia.

(Další část až do č. 316 incl. jinou rukou psána.)

Praedictum caput sancti Othmari est argento circumdatum et deauratum et gemmis et perlis decoratum (srvn. č. 257). 295. Manus sancti Gerhardi episcopi Tulensis tenens calculum sine lapide, argentea deaurata. 296. De reliquiis sancti Mansueti episcopi Tulensis et de casula ipsius clauci coloris. 297. Manus sanctae Otyliae virginis argento circumdatum et deauratum. 298. Mensa de amatisto in altare viaticum confecta in honorem beatae Mariae virginis gloriosae, quam dominus rex donavit. 299. Peplum sanctae Mariae matris Domini in cista argento et gemmis circumdata et deaurata, quod in Trever habuit. 300. Pars de ligno dominicae crucis, quam dns rex de Treveri transmisit. 301. Crux de ligno domini cum quatuor tecis aureis, quam dns noster rex in quodam monasterio obtinuit.[8]) 302. Vasculum amatistinum pro deportatione thuris. 303. Infima pars baculi sancti Petri, quo sanctum Maternum resuscitavit, pro archiepiscopo pragensi deputatum. 304. Pars capitis sancti Leodegarii martyris. 305. Meginardi monachi et martyris reliquiae. 306. Pars capitis sanctae Constantiae, filiae sancti Valerii regis Yspaniae. 307. Magna pars capitis sancti Sigismundi regis Burgundiae et martyris. 308. Pars capitis

[1]) Rukou XVII. stol. připsáno: „26. Novemb." — [2]) Jinou rukou připsáno: „Item manus una sancti Innocentis cum cute et carnibus". — [3]) Jinou rukou připsáno: „Item manus sanctae Eufemiae similiter cum cute et carnibus". — [4]) Jinou rukou připsáno: argento circumdatum inter duos angelos". — [5]) Jinou rukou připsáno: „fratris sanctae Justinae praedictae". Rukou XVII. stol. připsáno: „16. Jun.". — [6]) Jinou rukou připsáno: „Item de capitibus sanctorum Patricii et Metelli episcoporum." — [7]) Jinou rukou připsáno: „Caput episcopi Trevirensis". — [8]) Rukou XVII. stol. připsáno: „Paris dicto Ord. Cisterc. in Alsatia, Basil. dioec. a. d. 1354 20. Maji".

sancti Pigmenii martyris. 309. Reliquiae sanctae Agathae Virginis et martyris. 310. De costis sanctorum Felicis et Regulae martyrum.[1]) 311. De brachio sancti Prothasii (viz č. 277). 312. Mandibula sancti Florencii episcopi (viz č. 272).[2]) 313. De casula beati Conradi episcopi Constanciensis. 314. De brachio sancti Aurei episcopi Moguntini (viz č. 285). 315. Reliquiae sancti Vitalis martyris (viz č. 286). 316. Tabula pulcra circumdata argento deaurata, in qua est sudarium dni nosti iehu xi. (srvn. č. 281.)

*Inventarium librorum.*

(1) Maxima tria volumina Bibliae. (2) Biblia scripta in uno volumine. (3) Leviticus, Numeri, Deuteronomii glosati. (4) Esdras, Neemias, Thobias, Judicum, Ester glosati in uno volumine. (5) Liber Evangeliorum Mathei glosatus. (6) Evangelia quatuor ewangelistarum in uno volumine. (7) Scolastica hystoria. (8) Evangelia Mathei et Marci glosata in uno volumine. (9) Scolastica hystoria in secundo volumine. (10) Marcus glosatus in uno volumine. (11) Libri Regum glosati in uno volumine. (12) Marcus glosatus in uno volumine non completus. (13) Johannes glosatus. (14) Johannes glosatus in uno volumine. (15) Lucas glosatus. (16) Apocalipsis cum postillis. (17) Paulus glosatus. (18) Secundum volumen parvum Apocalipsis glosatum. (19) Deuteronomium glosatum. (20) Postillae super proverbia Salomonis et evangelium Mathei. (21) Liber duodecim prophetarum non completus. (22) Ysaias glosatus. (23) Epistolae Pauli. (24) Liber Sapientiae cum postillis et Proverbia Salomonis in uno volumine. (25) Novum Testamentum antiquum in uno volumine de litera antiqua. (26) Liber Sententiarum. (27) Excerpta de libro sentenciarum. (28) Omnes prophetae glosati pulcherrime. (29) Thomas de Aquino super secundo Sentenciarum. (30) Tractatus in epistolas Pauli. (31) Epistolae canonicae glosatae. (32) Epistolae canonicae glosatae ambo parva. (33) Epistolae Pauli glosatae. (34) Paralipomenon et Machabeorum glosati pulcherrime. (35) Heymo super aplm. (36) Quatuor in unum. (37) Liber retractationum Augustini. (38) Liber XII. Augustini de civitate Dei. (39) Liber primae partis Augustini de civitate Dei. (40) Augustinus de concordia evangeliorum. (41) Josephus Antiquitates. (42) Augustinus de doctrina Xpiana. (43) Augustinus de fide ad Petrum et vita sancti Remigii episcopi. (44) Augustinus de sermone Domini, Bernhardi super missus est, expositio missae metrica in fine et liber Bedae de die judicii metrice; omnes in uno volumine. (45) Augustinus contra Faustum. (46) Liber Augustini de perfectione iustitiae hominis contra Pelagium. (47) Augustinus supra Johannem. (48) Augustinus super partem psalterii et quidam liber Nicedi in uno volumine. (49) Augustinus de Trinitate. (50) Augustinus de libero arbitrio et epistola Valentini ad eundem. (51) Psalterium glosatum. (52) Secundum psalterium glosatum. (53) Tertium psalterium in parte glosatum. (54) Quartum volumen psalterii, dominica oratio, Quicunque vult, omnia glosata in uno volumine. (55) Augustinus super prima parte psalterii. (56) Expositio psalterii super primam quinquagenam. (57) Postillae super prima parte psalterii. (58) Psalterium Scoticum. (59) Tractatus in secundam partem psalterii. (60) Sermones super psalterio. (61) Tractatus super quarta parte psalterii. (61) Tractatus in terciam partem psalterii. (62) Tractatus in quintam partem psalterii. (63) Gregorius supra Ezechielem. (64) In secundo volumine Gregorius supra Ezechielem. (65) XL[a] omeliae bti Gregorii. (66) In secundo volumine XL omeliae beati Gregorii. (67) Omeliae Origenis. (68) Sermones et omeliae sanctorum doctorum. (69) Bernardus de consideratione. (70) Crisostomus de reparatione lapsi. De compunctione ad Demetrium in uno volumine. (71) Sententiae (?) Damasci et quaedam alia in uno vol. (72) Ambrosius de sancta Trinitate, idem de incarnacione dominica, epistola Gratiani ad Ambrosium, omnia in uno volumine. (73) Rubertus de glorificatione trinitatis et excerpta de bono mortis Ambrosii et excerpta de libris multis aliis, omnia in uno vol. (74) Jerarchia Dyonisii. (75.) Moralia Gregorii. (76) Ultima pars Moralium Gregorii. (77.) . . . . . . quaestionum super librum sententiarum. (78) Item Beda de aedificatione templi Salomonis. (79) Liber de vita contemplativa. (80) Eustachius ad Sincletam. Examaron; ambo in uno volumine. (81) Questiones Anselmi de praedestinatione et alia annexa in uno volumine. (82) De tabernaculo federis et eius utensilibus. De sacramento

---

[1]) Rukou XVII. stol. připsáno: „11. Septembr.“. — [2]) Rukou XVII. stol. připsáno: „Argentinen“

ecclesiae, veste sacerdotali, de praeceptis et plura pulchra in uno parvo volumine. (83) Prudencius ympnorum. (84) Epistolae Leonis papae de fermentato et azimo.

(85) Primo liber decretalium cum glossis B'n. (86) Secundum volumen decretalium cum glossis. (87) Decretum non glosatum. (87 *b*) Item decretum vetus non glosatum. (88) Decretum et decretales antiquissimae compilationis in uno volumine. (89) Pars decreti antiquae compilationis. (90) Summae collectorum ex decretis et libris summarum. (91) Comentum super decretum. (92) Breviarium decretalium dni Innocencii. (93) Forma synodalium conciliorum celebrandorum et explorationes Purcardi ex canonibus diversarum synodorum. (94) Praecepta et statuta synodalia ex summis et canonibus sanctorum patrum per Purcardum episcopum Wormacensem collecta. (95) Expositio partis decreti. (96) Liber codicis sine principio. (97) Liber autenticorum Justiniani sine glosis. (98) Summa institutionum Placentini. (99) Instituta Justiniani. (100) Libellus institutionum. (101) Liber qui dicitur Scivias sive visiones Hildegardis, quem donavit dns Karolus imperator et Bohemiae rex. (102) Liber sermonum de festis domini et dominicales. (103) Sermones et omeliae. (104) Sermones de festis dni et passione sanctorum. (105) Liber sermonum. (106) Sermones et omeliae de tempore in magno volumine. (107) Sermones de tempore. (108) Sermones Petri, Parisiensis episcopi, de adventu dni. (109) Sermones de Nativitate xpi. (110) Sermones et omeliae de festis. (110 *b*) Sermones Arnonis. (111) Tractatus de cursu VII planetarum et annuales Boemorum et quidam sermones sanctorum in uno vol. (112) Ecclesiasticae historiae collectae ab Epiphanio Scolastico. (113) Jeremias, omelie a Septuagesima usque ad Pascha, actus Apostolorum, epistolae canonicae, omeliae a pascha usque ad penthecostes in uno vol$^{e}$. (114) Ecclesiastica historia ad Cromacium. (115) Exceptiones ecclesiasticarum regularum. (116) Rudbertus de divinis officiis. Liber officiorum in magno vol. (117) Gemma animae. (118) Robertus super cantica canticorum et de naturis quorumdam animalium. Innocencius de miseria conditionis humanae. Idem de nuptiis xpi et ecclesiae. Idem de claustro. Omnes in uno vol. (119) Isodorus Ethimologiarum. (120) In secundo vol$^{e}$. idem Isodorus Ethimologiarum melior primo. (121) Speculum ecclesiae sive LXC sermones ad solitarium. (122) Speculum ecclesiae in parvo vol$^{e}$. (123) Speculum ecclesiae cum passionibus beatorum Wencezslai martyris et Mathiae apostoli. (124) Passiones Adalberti, Ludmilae martyrum. (125) Passionale sanctorum antiquissimum. (126) Passionale sanctorum novum pulcherrimum. (127) Passionale antiquum in magno vol$^{e}$. (128) Vitae patrum. (129) Cronica Romanorum. (130) Cronica Boemorum. (131) Cronica Egessipe de captivitate Jerusalem per Tytum et Vespasianum. (132) Legenda sancti Martini episcopi. It. liber Damiani de consecratione, liber Gregorii Nazianzeni. It. quaedam .... sanctorum et quaedam alia. Omnia in uno volumine. (133) B'n de diligendo Deo. It. de praecepto et dispensatione et plura eiusdem. (134) Ieronymus super Ecclesiasten et de viris illustribus in uno volumine. (135) Pristianus maior. (136) Filippica Tullii. (137) Tullius de officiis. (138) Seneca de virtutibus cardinalibus. In eodem vol. item liber Ciceronis. (139) Sedulius. (140) Seneca de naturalibus quaestionibus. (141) Orationes Tulii. (142) Calcidius super Plathonem. (143) Victruvius saturnalium Macrobii. (144) Liber Ezichyapharis. (145) Summa ex libro Metathegyn. (146) Tractatus in sompnum Scipionis. (147) Libellus Constantini de natura oculorum. (148) Liber aritmeticae. Item liber de causis. Item quaestiones et notabilia super summas in uno vol$^{e}$. (149) Concordanciae quarumdam materiarum. (150) Liber de temporibus Dominicae incarnationis. (151) Plura opuscula Dionysii.

## II. Inventář z r. 1355.

Sešitek 12 pergamenových listů 22·5 *cm* šir., 30·5 *cm* vys., z nichž dva jsou prázdné, tvoříce desky sešitu. Písmo úhledné; na počátcích odstavců červené, nitkovou ornamentací opatřené iniciálky. Paginace nová.

Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto in octava beati Wenczesl. honorabiles viri dni Przyeduogius, decanus, Jenczo Johannes et Plichta can. sanctae Pragensis ecclesiae per capitulum ad faciendum inventarium de reliquiis, ornamentis, libris et aliis rebus ecclesiae praedictae specialiter deputati, mandatum eis iniunctum sunt hoc modo executi.

*Primo inventarium capitum:* 1. caput sancti Viti argenteum deauratum, 2. caput sancti Wenceslai martyris de puro auro (srvn. I, 1), 3. caput sancti Adalberti martyris cum infula episcopali, in qua deficiunt plures gemmae, 4. caput sancti Grisogoni martyris argenteum deauratum (srvn. I, 30).

Haec infrascripta capita donata sunt ecclesiae praedictae et decorata per serenissimum principem et dominum dominum Karolum quartum divina favente clementia Romanorum Imperatorem semper augustum et Boemiae Regem: Primo capita: 5. caput beati Ananiae prophetae; sanctorum apostolorum: 6. caput sancti Bartholomei apostoli argenteum deauratum (srvn. I, 262), 7. caput sancti Marci argenteum deauratum cum infula, gemmis et perlis (srvn. I, 292), 8. caput sancti Lucae argenteum deauratum cum duobus zaphiris.

9. Capita sanctorum martyrum: Urbani papae argenteum deauratum cum infula papali cum gemmis et perlis; in summitate zaphirus (s. I, 267, 291). 10. Caput sancti Ignatii pontificis et martyris argenteum deauratum, cum infula, gemmis et perlis, in quo deficiunt gemmae tres et duo lectuli (s. I, 2). 11. Caput magnum sancti Purchardi episcopi et martyris, argenteum deauratum cum infula. 12. Caput sancti Stephani prothomartyris argenteum deauratum cum gemmis. 13. Caput sancti Vincentii dyaconi et martyris argenteum deauratum (s. I, 282). 14. Caput sancti Victoris argenteum deauratum. 15. Caput sancti Romani martyris argenteum deauratum. 16. Caput sancti Malluzii (Malozii, Malusii) martyris argenteum deauratum.

Capita confessorum: 17. Caput sancti Gregorii papae et confessoris cum infula papali cum gemmis et perlis cum apertura aurea, in quo est zaphirus sculptus, ad modum capitis pontificalis argenteum deauratum, et in summitate infulae zaphirus (s. I, 254). 18. Caput sancti Othmari abbatis et confessoris cum infula et gemmis argenteum deauratum; in summitate duae perlae magnae (s. I, 257).

Capita virginum et viduarum: 19. Caput sanctae Anthoniae virginis et martyris argenteum deauratum cum crinali[1]) argenteo (s. I, 4). 20. Caput sanctae Sapientiae virginis et martyris argenteum et deauratum (s. I, 5). 21. Caput sanctae Ilariae (Hylariae), reginae Cypri viduae et martyris cum corona argentea, deaurata (s. I, 245); in eius pectore sunt reliquiae sancti Narcissi episcopi et martyris. 22. Caput sancti Richardi confessoris, regis Angliae, argenteum deauratum. 23. Caput sancti Zyzmundi (Sigismundi) martyris, regis Burgundiae, argenteum deauratum. 24. Caput sancti Viti argenteum deauratum.[2]) 25. Caput sancti Leodegari argenteum deauratum. 26. Caput sancti Longini argenteum deauratum.

*Inventarium manuum.* Primo sanctorum apostolorum: 27. Thadei argentea deaurata cum gemmis mixtis vitro et carens duobus lectulis (s. I, 37). 28. Item Philippi apostoli et Mathiae apostoli argenteae deauratae, quas donavit et decoravit Imperator supradictus (s. I, 13).

Item sanctorum martyrum: 29. Viti (s. I, 31), 30. Wen. (s. I, 32), 31. Adalberti (s. I, 33), argenteae deauratae, in quibus vero: in m. s. Viti deficiunt tres gemmae

---

